Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

Z ante E

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Y

GRAECORVM vocalis eſt, qua in illorum dictionibus ſcribendis tantùm utimur. Hujus loco antiqui qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem ſubſtituebant. Cicero in lib. de Oratore ſic inquit: Purrum ſemper Ennius: nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Fruges: non Phryges, ipſius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant: nunc autem etiam duas: & quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum eſſet, abſurdum erat, aut tantum barbaris caſibus Græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolùm Græcè loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum aurium cauſa dicimus. Hæc ille. Peculiare autem & proprium eſt huic elemento, ut in capite dictionum perpetuò aſpiretur. Quare quæ ab eo initium ſumunt, requirenda ſunt inter aſpirata.

Z

LITERA Græca eſt, qua in Latinis dictionibus non utimur. Eſt autem gemina conſonans, loco cujus nos interdũ geminum ſſ, ut Patriſſo, pro πατρίζω, Pityſſo, pro πιτύζω. Interdum ſ d ſubſtituimus, ut Eſdras, pro ἔζρας. Antiqui loco ejus unicum aliquando ſ ſcribebant: ut Sacynthus, pro ζάκυνθος: Sethus pro ζῆθος. Nonnũquam etiam d literam loco ejus uſurpabãt, ut Medentius, pro Mezentius. Sed hoc tantùm apud antiquiſſimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z ante E.

Zeă, [ζειά. Gall. *Eſpeautre.* Ital. & Hiſp. *Spelta.* Ger. Speltz oder auch Dinckel. Pol. *Spelta, pyrzo mâláca tak dobre iako y pſzenica, inde zythis antiquum.* Vn. *Tiaza buza auagy liszt lang.* An. *A kind of graine.*] Genus frumẽti, ſimile farri quod vulgò *Spelta* dicitur. Duo ejus genera tradit Dioſc. lib. 2. cap. 80: alterum ſimplex, & unius tantùm grani: alterum quod dicoccon: hoc eſt gemini & duplicis grani appellant, duobus utriculis conjunctũ ſemen habens. Plin. lib. 18. cap. 8: Qui zea utuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ in Campania maximè, ſemenq; appellatur. Hoc habet nomen præclara res, ut mox docebimus, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit. Plura de zea vide apud Galenum lib. 1. de Aliment. facultate.

Zēlŭs, m. ſ. [קִנְאָה kinnah. ζῆλος. Pol. *Zawiſc, zaſdroſc.* Vng. *Gyũlöſég, buzgo szerelem.* Ang. *Ennie, Zele, loue.*] Modò invidiam, modò ſtudium, modò amorem, modò æmulationem ſignificat: quo fit ut ab aliis alio modo definiatur. Quidã triſtitiam eſſe ajunt ob alterius bona, quæ quis ſibi adeſſe cuperet. Alii λύπησιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τῷ καλῷ αὐτῆς παρεληλυθυίας ἐράσιν.

Zēlŏtўpĭă, f. p. [קִנְאָה kinnah. ζηλοτυπία. Gall. *Ialouſie.* Ital. *Geloſia.* Ger. Eyfferige liebe / eyfferung. Hiſp. *El zelo ò inuidia.* Pol. *Zaplacpiwa miel oſc albo zaſdroſc.* Vng. *Gyũlöſég, buzgo szerelem.* An. *Geloſie.*] Aegritudo animi ex eo proveniens quòd quis timeat ne adſit alteri quod cũ nemine velit habere commune. Cic. 4. Tuſc. Obtrectatio autẽ eſt ea quã intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo quòd alter quoq; potiatur eo, quod ille ipſe cõcupiverit. Antonius Ciceroni inter epiſt. ad Att. li. 10: ludicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis à zelotypia mea quàm ab injuria tua nata eſt.

Zēlŏtўpŭs, pe. pen. cor. m. ſ. [קַנָּא kanna (vel) kanno ζηλότυπος. Gall. *Ialoux.* Ital. *Geloſo.* Ger. Ein eyfferer. Hiſp. *Zeloſo.* Pol. *Zazdroſtiwi, zemſui, umiclaſtzi.* Vn. *Gyũlölö, buzgo szerelö.* An. *That is geloue.*] Suſpicioſus in amore, quemq; id ſolicitum habet, ne quis eo perfruatur quod ipſe amat, quaſi dicas formæ æmulatorem. Nam ζῆλος æmulationem. & τύπος formam ſignificat. Iuvenal. Satyr. 5: -quas in digitis frontẽ ſolebat, Ponere zelotypo juvenis prælatus Iarbæ.

Zeros, Gemma ſimilis iridi, alba ac nigra macula diſtinguente cryſtallum. Plin. lib. 37. cap. 9.

Zetă, & Zetecula, diminutivum apud Plin. in Epiſt. Eſt locus capax unius lecti, cũ ſellis duabus, qui velis obductis, & reductis modò adjicitur cubiculo, modò aufert. [Ger. Ein vnderſchlacht einer Kammer mit vorhengen gemacht / in welchem nur ein Bett mit zweyen ſtülen ſtehen mag / vnd da man das vndergeſchlacht / wañ man will / widerumb kan hinweg thun.] Nomen inde deductum, quoniam tribus è partibus feneſtras, & proſpectus habeat, atque ſolem multipliciter accipiat, quaſi ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quod eſt fervere. Nam & heliocaminus in ipſa zeta ponitur: hoc eſt, vaporarium quoddam ſolare, non ad ignis uſum, ſed ad Solis, veluti id quod Vulgò *Luminare* dicitur, & in Paduana Gallia *Lucernum.* Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quòd in ea commodiſſimè vivatur (ut quam delicias, & amores ſuos vocet Cæcilius) ſicut à converſatione, victuq; dieta. De Heliocamino Vlpianus de ſervitutibus urbanis: Si arbor (*inquit*) heliocamino, vel ſolario Solem adimat, dicendum erit, quia umbram facit in loco cui Sol fuit neceſſarius, contra ſervitutem impoſitam fieri. De zeta Lampridius: Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas ſine carbonibus jubebat incendi. De zetecula Plinius: Mox zetecula refugit quaſi in cubiculum.

Zeugītæ, ζευγῖται, Calami aucupatorii, in Orchomenio lacu poſt annuam inundationem naſcentes. Autor Plin. lib. 16. cap. 36. ¶ Zeugitæ item dicebantur tertii cenſus homines in Republica Solonis, ab equis jugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties neceſſitas urgebat, minas decem tributi nomine conferebant. Vide Cælium Rhodig. lib. 25. cap. 18.

Zeugmă, zeugmatis, n. t. ζεῦγμα, Latinè connexio, ſive adjunctio dici poteſt. Eſt autẽ figura dictionis, quũ plures ſenſus uno cõnectuntur verbo, quod tribus modis fit: aut propoſito verbo, ad quod reliqua reſpiciant: ut Vicit pudorẽ libido, timorem audacia, rationem amentia. ¶ Aut verbo poſtpoſito: ut, Neq; is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocarit. Aut in medio ſenſuum poſito verbo: ut, Trojugena interpres divûm, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis, Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ. Aeneid. 3.

Zeus, zei, Piſcis præſtantiſſimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes qui eo in mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine fabrum appellant, à colore, opinor, fuligineo, quo fabri pleruną; nigricant. Plin. lib. 9. cap. 18: Eſt hæc natura, ut alii alibi piſces principatum obtineant: coracinus in Aegypto.

Zeus, idem faber appellatus, Gadibus circa Ebuſum ſalpa. Columel. lib. 8. cap. 16: Vt Atlantica faber, qui & in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur: eumque priſca conſuetudine *Zeum* appellamus.

Z ante I.

Zĭgnўs, zignydis, ζιγνὶς, Lacerta minor, quam & chalcida vocat Ariſtoteles de Natura animalium.

Zingĭbĕr, zingiberis, m. t. [ζιγγίβερις Dioſcoridi. Gall. *Gingembre.* Ital. *Gengeura.* German. Imber. Hiſp. *Gengibre.* Polon. *Imbier, jagmer.* Vngar. *Gyömber.* Ang. *Ginger.*] Genus eſt aromatis, parvas habens radices, albeſcentes odoratas, ſapore piperis. Naſcitur in Troglodytica & Arabia. Vide apud Dioſcorid. lib. 2. cap. 149.

Zĭzānĭă, zizaniæ, f. p. & Zizanium, zizanii, n. ſ. [רוֹשׁ koſch ראשׁ (vel) רוֹשׁ roſch. ζιζάνιον. Gall. *Yuraye.* Ital. *Loglio.* Ger. Lulch / unkraut ſo vnder Weyzẽ wachſet. Belg. Oncruyt. Hiſp. *Yerua vallico.* Pol. *Kakol.* Vn. *Konkoly.* An. *Cockle among corne.*] Vitium tritici, hordeiq; nimia loci uligine corrupti, jugibusve pluviis diluti, quod Latino vocabulo Loliũ appellatur. Galli, quòd caput tentet, vertigines generet, & vini modo inebriet, *yuraye* appellant. Effigiem habet hordeo haud diſſimilẽ, ſed foliam anguſtius, pinguius, & hiſpidius, ſemen exilius in conice aculeato, florem autem ſubpurpureum. Dioſc. lib. 2. cap. 17. αἶρα appellat.

Zĭzĭphŭs, pen. cor. [ζίζυφος. Ger. Ein baum welches frucht die Apoteker *Iujuba* nennen.] Genus arboris, noviſſimis Auguſtitemporibus ex Africa in Italiam tranſlatum: fructum fert, quem neutro genere ziziphum appellamus, baccis ſimiliorẽ quàm malis. Officinæ *Iujubas* vocant. Plin. lib. 15. cap. 14: Atque peregrina ſunt zizipha & tuberes, quæ ipſa non pridem venere in Italiam: hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Z ante M.

Zmĭlăces, ζμιλάκες, Gemma eſt in Euphrate naſcens, Proconneſo marmori ſimilis, medio colore glauco. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Z ante O.

Zōdĭăcŭs, penult. correpta. [ζωδιακός. Gall. *Zodiaque.* Ital. & Hiſpan. *Zodiaco.* German. Der himliſch Thierkreiß. Polon. *Okrag niebie maiaci dwanaſcie znakow niebieskich.* Vngar. *Egy nap egyenes terö es kerülöleg terö egi hatar.* Ang. *The zodiak circle.*] Circulus eſt in ſphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens ſigna: ex una parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac mediũ interſecans Aequatorem: à quo viciſſim & ipſe ſecatur circa principia Arietis & Libræ. Porrò quum cæteri omnes circuli ſine latitudine & profunditate eſſe intelligantur, veluti quædam lineæ, huic tamen latitudo graduum ſedecim tribuitur quam

quidem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg